

ipsarum securitate, tu cum gentibus tui ligni ire et facere et debeas sicut ipse Marcus Minoto tibi cum aliis Capitaneis et Castellanis Coroni et Mothoni, vel maior pars eorum duxerit iniungendum, lignum tuum predictis nostris Castellanis dimittendo, etc.

[Ib. n. 46].

273.

1308, *Settembre 22.*

Pietro Gradenigo Doge a Giov. Foscari ambasciatore.

(28). Nos Petrus Gradonico Dei gratia, etc, cum nostro consilio nomine nostro et Communis nostri Venetiarum; Commitimus vobis nobili viro Johanni Fuscari, dilecto fideli nostro de nostro mandato ambaxatori ad Serenissimum Dominum Regem Armenie; et plenam virtutem et potestatem vobis damus auctoritate presentium, accipiendi mutuo supra ipsum nostrum Commune Venetiarum, ab omni persona tam Veneta quam forinseca, pecuniam oportunam pro vestra ambaxata, ed occasione ipsius ambaxata ad quam meliorem presam poteritis pro nostro Commune ad incantum; quod ipsam pecuniam quam propterea mutuo acciperitis, restitui faciemus creditoribus seu eorum nunciis, infra duos menses postquam Venetias applicuerint.

In cujus fidem presentes fieri fecimus, et bulla nostra plumbea jussimus communiri.

Data die XXII^o Septembris. VII Indictione. [Ib. c. 4 t^o].

274.

Titoli del Re e dei Principi Armeni.

De Hermenie.

Hoissinus de altitonanti genere Ruppinorum, Armenie Rex.

Alinac filius quondam Regis Armenie Dominus Lambri, Montis Livonis, * Cogolaqui, Tarsso.

* Tre celebri fortezze, in armeno Lambron, Monlevon e Guglag.